

demnato ad mortem, siue civilem, siue naturalem, per-
mittatur factio testamenti actiua, vt in d. Regia, iam
72 non est seruus pœnæ ex damnatione, ¶ quia nullus ser-
uus pœnæ potest facere testamentum, ¶ vt prædiximus:
ita Greg. Lopez in d. l. 5. in gloss. magna in cap. semalados,
ac per consequens poterit etiam hodie capere ex testa-
mento, non ex vi extensionis neque correlationis, ne-
que ex vi maioris efficacis pœnæ, scilicet non posse
testari, vt subiliter ac vere deduxit ac probauit Tellus
ibid. num. 32. resoluens, quod cum hæc causa defuit,
quia ex damnatione non efficitur seruus pœnæ (cum
possit facere testamentum) omnes effectus simul per-
eunt; non quia fuerint & deserint esse, sed quia nun-
quam fuerunt, propterea, quia damnatus ex d. l. 4. Tan-
73 71. non subdit le tali pœnæ. Ex ¶ quibus & nouissime
inferri poterit, quod cum hodie damnatus ad mortem,
non efficitur seruus pœnæ, propterea, quod lege Re-
gia permittitur ei testari, & ideo omnes effectus serui-
tutis perierint, quod per damnationem in metallum
non fiat statim locus fideicommissio; sed expectanda sit
mors naturalis ad restitutionem ipsius, & interim sicutus
poterit dictis bonis, & sic hodie non procedit com-
munis opinio modo relata, quam ex Nicol. Neapol.
Ang. Raphael. & aliis communiter DD. atulimus, vt ex
d. a. ubi, sed hodie, contra communem tenent & latè pro-
bant Alexand. in d. §. si quis rogatus, el. 2. n. 6. & D. Costa
in d. §. & quid si ianum, 2. part. n. 8. cum seqq. & Menchac.
d. §. 2. de success. creat. num. 374. respondens d. §. si quis
rogatus, el. 2. inducto supra in contrarium: & eandem
sententiam sequitur, & dicit communem D. Spino ubi
supra, num. 36. Hoc tamen planius contra communem
fit hodie ex supradicta consideratione noua l. 4. Tauri,
& ideo tenendum in damnato ad metallum.

74 Nihilominus ¶ tamen in Monacho professio, ordi-
nem bonorum incapacem procedit etiam hodie nostra
magis recepta sententia, vt statim fieri debeat restitutio
fideicommissi, morte naturali ipsius Monachi minime
expectata: Quoniam Monachus huiusmodi, neque tes-
tari potest nec bona possidere, sicut nec ipsius mona-
sterium, ac proinde cum mors hæc civilis in eo idem
operetur quoad propositum, de quo agimus, quod
mors naturalis, vt supra probauimus, merito vt natu-
rali æquiparetur: secus in damnato ad mortem civilem.
Is namque cum hodie non dicatur ita mori, sicut qui
naturaliter moritur, quandoquidem iam non efficitur
seruus pœnæ, quia testari potest, non tenebitur statim
restituere fideicommissam, quia etiam si per damnatio-
nem in metallum dicatur mori, mors hæc hodie non
operatur in eo idem, quod mors naturalis operaretur:
præmaxime, cum etiam condemnatus ad mortem natu-
ralem, possit hodie testari, vt in d. l. 1. legib. Regiis.

75 Sed ¶ est quæstio summe difficilis atque inter vtrius-
que iuris Interpretes satis controuersa, vt rum filius legi-
timus in vita patris religionem profitemis bonorum capa-
cens, possit petere legitimam portionem sibi competentem in
bonis patris, & ad illam soluendam, viuo patre, monas-
terium capelli possit, necne: Quia in re Alber. Jacob. Butric.
& Bart. in aubens. si qua mulier num. 22. C. de sacrosanctis.
& Eccl. tenet, quod filius eam petere minime possit, sed
demum post mortem naturalem patris. Primo per text.
in d. a. ubi si qua mulier, cui consonat l. 17. sit. 1. part. 6. ubi
pater ingressus monasterium, haber potestatem in vita
sua diuidendi bona sua inter liberos, prout voluerit, legi-
tima non diminuta: Ergo ad id compelli non potest,
neque necessitas inducitur, sed tantum post mortem
76 ipsius compelli poterit monasterium, cum text. ille aliud
non debetur, nisi post mortem naturalem patris, vt in
l. 1. §. si impubere, & ibi Bart. ff. de sollat. bon. & in l. lex

Cornelia, ad fin. ff. de vulgar. & pupillar. substit. est com-
munis opinio, vt plures allegans testatur Menchac.
lib. 1. controu. illustrium, cap. 37. n. 2. Tertio, quia possibile
est, quod iste filius moriatur ante quam pater: Ergo
interim est in suspensio vel pendens, argum. l. Statum
Florus, §. Cornelio Felicio, ff. de iure fisci, cum similib.
cui sententia fauet expressus d. l. 17. ubi: *Empero si desines
que intrasse in la religion, se morisse ante que partisse lo
suyo a sus herederos, asi como sobredicho es, sus hijos deuen
auer su legitima parte, e el monasterio lo otro: & in ex-
presso hanc sententiam tenent Doctores communiter
in d. a. ubi si qua mulier, præcipit Petrus & Cyn. col. fin.
verse, quæro undecimo, & ibi Salycet. & Iaf. n. 50. testan-
tur, eam esse magis communem, & sequuntur Ant. de
Butr. & Felin. in d. cap. in presentia, n. 56. ubi plures alleg-
gat, de probat. & ibi Dec. n. 67. testatur esse communem
eam sequutus: Hanc dicit veriore A. bb. in cap. cum si-
mus, de regul. Alexand. in l. si cum dotem, n. 13. ff. sol. matr.
& istam veritatem esse dicit Bald. in cap. si pater, de te-
stament. in 6. prout cum refert Alexand. ubi supra, idem
tenet Aretin. in l. 1. ff. de testam. & cum eadem videtur
transire, latè agens & dicens esse communem, Ioan. de
Anania in cap. 2. num. 16. de delict. puerorum, & testatur
communem eam sequutus Gregor. Lopez in d. l. 17. in
gloss. sus suos, per illum l. & per d. a. ubi si qua mulier,
& Menchac. plures allegans, dicensque esse commu-
nem Legistarum & in terminis iuris civilis indubita-
tam, & quod etiam de iure Canonico sit tenenda, de
success. creat. §. 2. l. 1. num. 175. Testatur etiam communem
eam sequutus Guillel. Benedic. in d. cap. Raynuius,
verb. mortuo itaque testatore, el. n. 299. de testam. eandem
longè veriore affirmat & pluribus fundamentis com-
probat idem Menchac. controu. illust. lib. 1. c. 37. n. 10.
licet dicat non facillè discerni, quenam sit receptor
opinio: Est magis communis secundum Didac. Petez,
qui eam tenet in lib. 1. pag. 75. verse. dubitatur præterea,
sit. 2. lib. 6. ordin. Et in Monacho intestato hanc partem
dicit esse veriore, securiore & receptiore Angul.
in l. 1. gloss. 6. n. 6. sit. de las mejoras, l. 5. Noua Collect. Reg.*

Contraria ¶ tamen pars probari expressè videtur 77
hodie in d. cap. cum simus de regul. quo text. iuris Ponti-
ficij professores moti sunt omnino ad tenendum con-
trarium: Inquit enim text. *Sane nostris auribus est relatu-
m, quod cum B. miles se cum filio suo, discretionis annos
nullatenus attingente, ad quoddam monasterium cum bonis etiam
suis etiam contulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere
monachalem, & infra, Discretionis tua taliter respondemus,
quod si dictus puer ad annos discretionis peruenierit, & ha-
bitum retinere noluerit monachalem, si ad hoc induci ne-
quiverit, non est illatenus cõpellendus: quia tunc sibi liberum
erit eum dimittere & bona paternæ, quæ ex successione
proueniunt, possulare. Ecce ergo text. qui videtur expressus
in fin. verb. ubi: *Et bona paternæ, &c.* Nam illud verbum,
Proueniunt, est præsentis temporis, & sic statim in vita
patris potuit filius ille legitimam suam possulare: &
text. ille est singularis ad hoc, secundum Abb. ibi, & cum
commendat Bald. in d. a. ubi si qua mulier col. fin. num. 14.
dicens, hoc videri verum de æquitate canonica, quia filij
potuerunt intentare conditionem ex canone pro ista
legitima, statim facta professione per patrem, per d. cap.
cum simus, Ioan. And. & DD. in d. cap. cum simus, ad idem
est gloss. in cap. si an missus, verb. mota, in verse. sed quo-
modo, ubi: *Dicunt quidam, & c. qui filij sui legiti.* quæ alibi
non est, secundum Abb. ibi, & est singularis secundum
Aretin. in l. 1. num. 6. ff. de testam. sed illa glossa refert
opinionem quorundam, non tamen in ea permanet.*

Secundo, ¶ pro hac eadem parte inducitur text. in au-
thentic. si qua mulier, quatenus permittit patri religio-
nem professio portionem legitimam filijs assignare, quod
minime permitteretur, si bona illa à monasterio, patre
viuente,

viuente quoad legitimam filiorum aufert non possent.
Si enim filius non possit petere legitimam in vita patris
monachi, quorsum daretur ibi patri facultas diuidendi
substantiam, post ingressum inter liberos, cum ius esset
æquitum monasterio retinendi illam legitimam toto
tempore vite patris: Sed quia filij poterant petere, &
debebat pater ante ingressum bona diuidere inter libe-
ros, ideo fit illa specialis gratia, vt possit ea diuidere in-
ter eos post ingressum: ita Abb. qui expresse hanc opi-
nionem probat ex supradictis in d. c. in presentia, n. 59.
dicens, quod quicquid sit, maximam habet hæc opinio
æquitatem. Ex quo enim patet abiicit filium à cura sua,
æquissimum est, vt non habeat mendicare alimenta à
monasterio: Hanc etiam opinionem defendunt Cor-
set. & Anan. eo que refert D. Couart. in d. c. 2. n. 7. de
testam. ubi quoque citat Bald. Nouell. de dot. 1. part. col.
3. & est in n. 11. dicentem, hanc opinionem esse com-
munem Canonistarum, non inficians rem dubiam esse,
fateri tamen hanc opinionem esse æquiorē, & quod in
vtrouque foro seruati opereretur propter maximam
æquitatem cui iniicitur: Eandem esse communem Can-
onistarum plures allegans testatur Menchac. ubi sup.
refert etiam nonnullos Legistas eam tenentes de
æquitate canonica per d. c. cum simus.

79 Quid tenendum ¶ in re hac? Ego veritati & pãro
iuri inherendo existimo, priorem sententiam Legita-
rum esse veriore ac receptiore, & proinde tenen-
dam in iudicando & consulendo, quamvis secunda opi-
nio & sic Canonistarum sit æquior: Hanc tamen æqui-
tatem non intelligo teneri iudices sequi: Quinimo re-
fectus ac securus eos facturos, si priorem iudicam sen-
tentiam amplectantur, per fundamenta eiusdem, quæ
magis concludunt, quam secunde.

Tota difficultas pendet super intellectu text. in d. c.
cum simus, de regularib. quem Canonistæ pro se expres-
sum putant: sed tamen facilis est responsio, nempe tex.
illu minime probare, quod in vita patris monachi pro-
fessicius filius petere possit legitimam, quia de hoc ver-
bum nullum in eodem text. Cum igitur in eo non di-
catur, in vita patris, quis poterit vel audebit id intelli-
gere vel supplere in derogationem iuris civilis, quod
habet: Vt filius non possit petere legitimam à patre in
vita sua? Iuris enim correctio in dubio non præsumit-
ur, nec inducenda est nisi expresse fiat: Quia quod non
mutatur, quare stare prohibetur? vt in l. ancimus, C. de
testam. & in l. precipimus, C. de appellat. Nec obstat,
quod principium text. loquatur de patre viuo, & de fi-
lio simul religionem ingredientibus, quia in fine, ubi
sunt verba præfata, in quibus Canonistæ fundant suam
opinionem: Hoc non reperitur, quin potius manifeste
ostenditur contrarium, patrem scilicet esse iam mortuū
naturaliter: Quandoquidem, vt patet ibi, *Et bona pater-
næ, quæ sibi ex successione proueniunt, possulare, illa enim
verba, ex successione, &c.* & indicant, patrem tunc fuisse
80 mortuum, quia ¶ non dicitur filius petere debitum ex
successione, nisi quando pater est mortuus, vt notat gl.
singularis in cap. 1. l. 8. q. 1. quod late probat Ioan. de
Anan. in c. 2. de delict. puerorum, n. 16. Dec. in d. c. in pre-
sentia, n. 67. post Salyc. in d. a. ubi si qua mulier, & ita pa-
ter est integra d. c. cum simus, quod pater erat mortuus,
vt testatur eam videtur Felin. in d. cap. in presentia, n. 56.
quem refert & sequitur Guillel. Benedic. ubi supra d.
n. 99. licet D. Couart. ubi sup. n. 7. contrarium dicat,
nempe ex integra decretali constare, patrem viuere eo
tempore, quo portio legitima tradenda erat.

81 Ego iteream ¶ vidi ex Ant. Coutio, quæ post pri-
mam partem text. illius, dum dicitur, Secundo, & inf. pro-
sequitur huiusmodi. Cumque ipse puerio disciplina mo-
nasterij propter asperitatem regulæ displiceret, & infra
spatium decem hebdomadarum à monasterio & habitu

taliter suscepto resiliens, bona patris ab abbata illa ce-
pit cum instantia postulare, & cum super hoc ad dice-
cesanum Episcopum quæstio lata fuisset & coram eo
aliquandiu disceptatum: quia plerique dissentire de ri-
gore Canonum videbantur, si consanguinei pueri præ-
dicti possent testibus comprobare, illum, quando fuit
oblatus, infra annos discretionis existere: ipsi vero tali
voto nullatenus obligari, d. Abbas ad Maguntinæ sedis
audientiam appellauit, & quidam ex consanguineis eius-
dem pueri ad Romanam Ecclesiam ad appellationem
(sicut ex litteris Aug. Episc. competimus) transfulerunt,
ideoque, & statim sequitur secunda pars text. hoc est
decisio ipsius, ubi: *Discretionis tua taliter respondemus.*

Ex integra ¶ igitur prædicta minime constat, quod
pater viueret, neque quod mortuus esset, sed tantū, quod
reperitur esse in littera illius text. ex qua, vt prædiximus,
colligitur, patrem esse mortuum: & præterea, quia veri-
simile est, quod si pater tunc temporis viuisset, filius
non recusatet habitum monachalem retinere, propter
reuerentiam & cohabitationem paternam, cum quo si-
mul intrauerat, vt cum iudicio considerauit Anan. in d.
cap. 2. in fin. de delict. puerorum Præterea in integra post
verba cum B. miles, adiciuntur sequentia, quæ non sunt
in decretali, nempe: *Lepra morbo esse, permittente Do-
mino, reserui: unde facile credi potest, breui mortuum
fuisse: & dato, quod pater non esset mortuus, debet tex.
ille intelligi secundum prædicta, vt scilicet bona, quæ fi-
lio ex successione proueniunt, possit postulare, tunc
cum successio deferatur, & sic mortuo patre, secundum
Anan. ubi sup. & Dec. in d. c. in presentia, n. 67. & Alex-
chac. d. lib. controu. illust. c. 37. n. 11. Sed quod text. il-
le loquatur patre mortuo, non magis, quam si filius ha-
bitum non suscepisset religionis, & sic quod in hoc ni-
hil noui inducat, tenet Menchac. ubi sup. in 1. loco, nem-
pe de success. creat. §. 2. n. 175. verse. hæc communis: ibi
Nam text. dicens, quod hæc est vera mens, verusq; sen-
sus illius, sequitur simpliciter D. Spino ubi supra, n. 32.
Adde aliam integram illius decretalis, cum simus, rela-
tam ab Ant. Augustino, ex qua clarius constat, esse intel-
ligendum, patrem fuisse mortuum, in illis verbis: *Quia
ipsi reite successione proueniunt, &c.* Iuquit enim inte-
gra Antonij August. hoc est ab eo relata in collectione
2. decretal. lib. 3. titul. 18. In integræ capit. cum simus 14. de
regularib.*

Celestinus III. alias Clemens III.

82 **C**um simus, &c. & infr. Sane nuper tauris nostris est
relatu, quod cum C. Miles lepra morbo (Domino per-
mittente) est reserui, se cum filio suo, discretionis annos
nullatenus agente, ad quoddam monasterium cum bonis etiam
suis, quæ à monasterio ipsi tenuerat, contulisset, dictum filium
suum habitum fecit suscipere monachalem: cumque ipsi puerio
disciplina monastica propter asperitatem regulæ displiceret,
infra decem hebdomadarum spatium à monasterio & habitu
taliter suscepto resiliens (alias resiliens) bona patris ab Ab-
batia illa copis eum instantia postulare: & cum super hoc ad
diocesanam Episcopum quæstio delata fuisset, & coram eo
aliquandiu disputatum (alias disputatum) quia plerique in-
tendere de rigore canonis videbantur, si consanguinei dicti pueri pos-
sent testibus comprobare, illum, quando fuit oblatus, infra an-
nos discretionis existere, ipsi tali voto nullatenus obligari:
d. Abb. ad Maguntinæ sedis audientiam appellauit, & quidam
de consanguineis (alias ex consanguineis) eiusd. pueri ad Ro-
manam Ecclesiam appellatione, sicut ex litteris Aug. Episcopi
competimus, transfulerunt: ideoque, discretionis vestra significati-
one præsentis intimamus, quod si d. puer ad annos discre-
tionis peruenit (alias peruenierit) & habitum retinere noluerit
monachalem, si ad hoc ipse in daci nequiverit, non est cõpellendus,
quia tunc liberum erit sibi eum dimittere, & bona paternæ

quã ipsi recte successione proueniunt, postulare. Ecce quomodo in hac integra est aduerbium, *Recte*, quod in decretali cum finis, non fuit translatum: *Recte* igitur significat, id est, iuste, gloss. & Barr. in l. 1. ff. de inofficiso testam. Dec. laic. in l. l. c. 1. n. 2. ff. si cert. per. cum sequentibus; & ibi Alciat. n. 1. s. idem Alciat. in l. hac verba, 7. 3. in ordines. 2. ff. de verb. sign. Teraquell. in l. si inquam, in p. r. asiones. 3. 3. cum sequentibus. C. de reuocand. don. & Menoch. de arbit. ind. lib. 5. qu. 6. n. 2. 4. Significat etiam recte, id est, bene & derechamente. Antonius Nebriffensis in suo diction. Latin. Præerea recte, id est, iuste, & ordine

84 Calepin. verb. recte. Cum ergo in fine huius integræ dicitur, & bona paterna, quã ipsi recte successione proueniunt, postulare: & recte significet, debere intelligi, secundum ius, hoc est, mortuo iam patre; Quandoquidem eo uiuo, non recte neque iuste, aut secundum ius filio debeat legitima neque successio detur, vt probauimus. Non igitur corrigi text. hic iuris Pontificij intra ciuilia in hoc lo-

87 quentia, sed imo potius iuxta ea loquitur. Nec t obstat, si dicatur, quod monacho uiuente, successio datur, vt in c. fin. 20. q. 3. vbi quod monachi, qui per auaritiã vel symoniam prælatorum sunt recepti, in eo, quod acceperunt, perseverate coguntur, res vero eorum heredibus redduntur. Ecce igitur text. expræssum, vbi in vita monachi res eius redduntur heredibus, & sic successio eis in vita datur: Igitur verba illa; *Quã sibi ex successione proueniunt, dicitur, cum finis*, intelligi debent in vita eiusdem monachi.

Respondemus enim text. in d. c. fin. in finalibus verbis: *ibi: Res vero eorum heredibus reddantur*, intelligi posse post mortem ipsorum monachorum; quandoquidem agit de heredibus, heredes enim proprie & secundum communem vsum loquendi in totum non dicuntur, nisi mortuo testatore, vt est notum. Vel secundo & verius, etiam si intelligatur text. ille in vita monachorum, id nullo nobis impedimento facit, quia illud ideo ibi, in penam nempe & odium doli, violentiæ atque auaritiæ prælatorum, qui non in fructum animarum, sed in auaritiã & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendi, res eorum tali peruersione surripuerunt, vt idem text. in princ. sui præfatur; Quare merito d. prælatos penitentia Canonica, vt turpis lucri seductores) subiacere præcepit ille text. at in nostra specie hoc cessat, quia ingressus monasterij fuit liber atque sine deceptione: Ergo nulla pena monachis est imponenda bonorum, sed ius commune seruandum, vt heredibus monachi solutio legitima non anticipetur, sed suo debito tempore persoluiatur, nempe post mortem naturalem ipsius monachi.

88 Non obstat t etiam d. a. ubi si quã mulier, ponderata vt supra, pro secunda opinione; Quoniam illud, quod pater monachus possit sua bona inter liberos in vita diuidere, seruata forma illius text. procedit ex gratia & iuris indulgentia, etiam si illa dispositione & diuisione præiudicium aliquod monasterio inferatur in vita monachi diuidens, cum alias, si præd. diuisio in vita nõ fieret, monasterium in vita monachi bonis omnibus eiusdem potiretur, & post mortem solueret legitimam filijs: Hoc tamen ipsum ius permittit patet in fauorem liberorum, non tamen inde consequitur, debitam esse legitimam in vita patris monachi ipsius filijs, ita vt eã petere possint. Idem igitur ius, quod monasterio detulit post mortem monachi residuum legitimarum portionum filijs debitarum patri monacho facultatem concessit disponendi in vita ac diuidendi bona sua inter liberos, legitima nõ diminuta & residuo monasterio remanente, vt in d. a. ubi si quã mulier, & in d. l. Regia 17. quod autem ius hoc porerit disponere, nemo sanæ mentis debuit vnquam

89 dubitare: Successiones enim sunt de iure ciuili, vt pluri-

mos referens resoluat Matien. in l. 3. gl. 3. n. 2. & 3. tit. 4. lib. 5. noua Coll. Reg. fol. 1. 22. & cum his remanet sufficenter satisfactum fundamentis contrarie sententiæ, & prima Legistarum & magis communis perspicua ac factis defenlatæ: que acquirit etiam est, quam illa Canonistarum, nempe vt filius non possit petere legitimam viuo patre monacho professio, sed expectet interim, donec pater naturaliter moriatur, per iura supra d. præmaxime, cū ex bonis patris interierit sit alendus, vt statim dicemus.

Qua opinio t Legistarum magis recepta terrena, 90 oblectandum erit, quod monasterium hoc casu tenebitur alere filios monachi, eo uiuente, quia bona trãseunt cum illo onere, si quis a liberis, s. referriunt ff. de liberis agnoscend. postquam filius petere, vt assignentur sibi cetera bona, ex quibus possit se alere. Et si cõingat ipsum superuere patri, remaneat penes ipsum filio pro sua legitima, & si transierit legitima, restituit monasterio excessum: si vero filius præmoriatur, restituit omnia monasterio, quia tunc apparet, quod legitima non fuit sibi assignata, & sic erit assignatio facti, non iuris, nec transibit dominium in filium: ita Paul. Castr. in d. a. ubi si quã mulier, 7. quem refert & sequitur Felin. in d. c. in presentiam, 5. 6. dicens bene notandum istam practicã: & Bald. Nouell. vbi supr. dicens, hoc de alimentis videtur indubitanter dicendum: & pletique ex supradictis, qui tenent primam opinionem, id concedunt, præcipue Guiller. Benedic. d. n. 299. qui verba præd. Pauli refert & sequitur, dicens, ex hoc t clare demonstrari, quod si heres institutus in testamento talis monachi prius decederet, quam testator professus, tunc hereditas periret monasterio, & conuertente testamento propter defectum heredis præmortui.

Et sicut vt uiuente patre in monasterio, filius, qui 92 manfit in seculo, non potest legitimam petere, vt resoluimus: ita è conuerso, filius, qui ingreditur monasteriũ patre uiuente, non poterit legitimã consequi, vt tradit Petr. de Anch. & Ioan. de Anan. in d. c. 2. de delict. puerorum, p. tot. et res refert & sequitur Fel. n. 6. & Dec. d. n. in d. c. in presentiam. Pro qua sententia est tex. optimus, in d. c. si quã mulier, restituitur, in c. 1. 18. q. 1. vbi quod ius succedendi non competit, nisi post mortem defuncti.

Ex supra dicta magis t communi sententia Legistarum 93 vter inferatur, idem esse in iure ingreditur religionem, vt patet ipsius, filio uiuo, eadem ratione non possit petere suam legitimã a monasterio in bonis filij professi, nisi demum post mortem naturalem ipsius, per supradicta, & constat ex mente communis.

Limitatur tamen t prædicta magis communis sententia, 94 si pater ingreditur religionem incapacem bonorum, saltem in communi, tunc enim statim professione facta, poterit filius petere legitimam suam, morte naturali parentis minime expectata, cum monasterium succedere non possit in illa legitima, nec in aliis bonis, vt in Clemett. xxi. de paradiso, de verbor. signif. & ita tenent plerique ex supradictis, estque communis opinio, secundum Menchac. d. c. 37. n. 12. quãuis ipse teneat contrarium: & confirmatur ex supra non semel adductis in proposito: idemque erit in patre respectu filij professi in religione incapace bonorum.

Illud denique t pro completio supradictorum ad 95 dendum decreui, nempe, quod sicut ex decisione text. in d. a. ubi si quã mulier, & d. l. 17. tit. 1. p. 6. mens monachus, qui post ingressum monasterij vult inter liberos testari, adstrictus est filijs legitimam absq; diminutione relinquere, & omne illud, quod legitima filijs relicta, superest, monasterio deferre, quia cum omnia bona ingredientis monasterium efficiantur eiusdem monasterij, iuxta text. in d. a. ubi ingressi, & in d. a. ubi nunc autem, C. de Episcop. & cleric. cum similibus, ita etiam consequens est, vt omne illud, quod legitima filijs relicta superet

supererit, monasterio competat, nec pater poterit plus legitima filij relinquere, nisi tantumdem ipsi monasterio relinquendo, quantum filio, ad quem plus ex bonis eiusdem peruenit, relictum fuerit, ex d. a. ubi si quã mulier. Similiter it ipsum facere poterit filius respectu parentum seu aliorum ascendentium: quod si id non fecerit, ascendentes debent obtinere integram legitimam: 96 quia t licet d. a. ubi si quã mulier, cum d. l. 17. de descendibus solum loquatur, ad ascendentes tamen ex paritate rationis extendenda erit; Cum eis, sicut descendibus, legitima debeat, vt in l. scripto, cum similib. ff. unde liberi, & in l. nam est parentibus, ff. de inofficiso testam. cui consonat l. 4. tit. 1. 3. part. 6. & in specie ita resoluic Albaric. n. 2. Barr. 1. 8. cum sequentibus, communitet scribitis in dicta a. ubi si quã mulier, vbi Paul. Castr. n. 5. hanc dixit communem. Innocent. etiam & communitet DD. in d. cap. in presentiam, vbi Abb. num. 5. 3. & 61. & Augustin. Beroin. 5. 2. 3. hanc opinionem communem esse profiterentur, & eam esse communem Legistarum & Canonistarum, & quod eam tenent magis communitet DD. testatur etiam Gregor. Lop. in d. l. 17. in verbo, descendentes, vbi quod proclamat hac opinio, præmaxime stante l. 6. Taur. & d. Molina lib. 2. de Hispanorum primogen. c. 9. n. 64. & Velazquez in d. l. 6. Taur. gl. 8. n. 1. & in l. 40. Taur. gl. 4. n. 2. 3. qui omnes eam sequuntur atque probant, relicta contraria opinione Azonis & sequacium: imo vt censo, id vterque facere poterit sine licentia superioris: talis si quidem illis hanc facultatem concedens ex dispensatione, nullam superioris requirit licentiam: Si enim hæc esset necessaria, id exprimeretur; Quandoquidem formam in hoc necessarium seruandam prægit & præd. licentiam non requiritur etiam, quia si alid dicerem, illud foris & sine effectu esset profecto præd. iuris facultas: Superior enim præd. licentia minime concederet in preiudiciũ sui monasterij: tandẽ, quia frustra precibus impetratur, quod a iure communi conceditur, vt in regul. iuris vulgarib.

97 Superest nunc, vt t examinemus illam celebrem ac controuersam quætionem: An pater per ingressum atque professionem monasterij bonis in communis capacis, amittat vsum fructuum, quem iure patria potestatis habet in bonis aduentitijs filiorum, & consolidat proprietatem in vero monasterio acquiritur, durante vita ipsius patris monachi? In qua primo videtur dicitur dicendum, patrem hac in specie amittere præd. vsum fructuum, eumque ad proprietatem redire: Quia per professionem pater amittit patriam potestatem; & subicitur potestati Abbatis & superioris, qui enim sub alterius potestate, est, non potest habere aliam, sub sua potestate per text. in l. si eueniet, in fin. ff. de adult. Patria igitur potestate extincta, videtur eum amittere quoque vsum fructuum. Secundo, quia vsum fructuum datur patri ob custodiam & administrationem, que cessat in monacho: Ergo, &c. Tertio, quia si filius potest petere legitimam in vita patris monachi, non expectata morte naturali ipsius, vt in cap. cum finis, de regul. iur. iuncta communi opinione Canonistarum, de qua supr. Eodem iure pater monachus per professionem amittit prædictum vsum fructuum, filiusque cum sibi vindicatur poterit, vt in terminis tenuit primus omniau hæc opinio Martin. Seluan. antiquissimus Doctorum, quem refert Cyn. ibi. n. 1. oad ff. Salic. qu. 7. l. 1. col. fin. n. 48. in a. ubi ingressi, C. de sacros. Eccle. eamque profitetur communem ibidem Salycet. & in d. a. ubi idem est, & sequitur alios allegans & dicens communẽ D. Couart. d. c. 2. n. 8. de testam. vbi late eã nititur probare saltem de equitate Canonica, eã non ignoret, eã dubiam esse, & refert esse magis communem ex Salyc. vbi supr. d. Anton. Gom. in l. 48. Taur. num. 8. & sequuntur alij relati a Pinelo in l. 1. part. 1. num. 47. C. de bon. mater. & Ignacius Salcedo in additionibus ad reg. 794.

Bernard. Diaz. de Lugo: refert etiam esse communem plures allegans Matien. in l. 9. tit. 1. lib. 5. noua Coll. Reg. l. 2. n. 2. & Didac. Perez. in l. 1. pag. 103. tit. 2. lib. 5. ordines. quãuis ipsi eam non probent, sed contrariam, vt infra dicemus. Sed hanc priorem videtur probare Gregor. Lopez in l. 5. tit. 17. part. 4. in gloss. vfo fructu, ibi idem est, dicit esse communem: Quia quãuis relinquat cogitandum, addit, quod non videtur recedendum a dictis Salyceti, per sua fundamenta.

Rursus, gloss. in a. ubi idem est, gl. 1. in vers. & idem, C. de bon. qua lib. tenet contrariã sententiam omnino, imo quod in præfata specie vsum fructuum patris, eo uiuente, ad monasterium pertineat, quia monachus nõ dicitur mori per professionem quoad comedendum, & ideo non finietur: quasi velit dicere gloss. quod vsum fructuum patris in bonis aduentitijs filiorum a iure sibi defertur in alimenta ob legitimam administrationem bonorum filiorum: Quãuis igitur pater monachus efficiatur, adhuc eget alimentis, quia quoad actus naturales, pro ut sunt comedere & bibere, & similia, non dicitur mori, sed quoad alia, que supra dicta: Vnde cum mors ciuilibis hoc casu non operetur eundem effectum, quem operatur mors naturalis, vt patet, merito vt eadem non acquiratur, iuxta communem Doctorum resolutionem. Secundo facit pro hac parte, quia pater licet monachus, naturaliter uiuit, vt modo dicebamus, & sic durat vsum fructuum: In iure enim non legitur, quod hic vsum fructuum finiat per monachationem patris, sed morte naturali ipsius: Monasterio autem, quatenus capax est, omnia deferuntur, que monachus habebat, vt in d. a. ubi ingressi, cum similib. C. de sacros. Eccle. Tertio, t quia 8 idem videmus esse in alio quocunque vsum fructuum extra patrem, non n per ingressum & professionem monasterij vsum fructuum, quem monachus habebat, extrinquitur, sed monasterio quoad utilitatem, durante vita monachi, debetur & acquiritur, sicut per huiusmodi mortem ciuilem minime finitur, sed per naturalem tantum, vt tenet expresse gl. verb. deducant ad fin. in d. a. ubi ingressi, vbi Cyn. n. 1. 2. Alberic. 22. Barr. 42. & ceteri communitet sequuntur, Innoc. in d. c. in presentiam, 5. est communis secundum Abb. in c. vlt. col. 2. n. 2. de pign. Sociv. conf. 10. q. 6. lib. 1. & Ioan. Crat. in l. Galias, s. quid iustitiam, n. 30. ff. de lib. & post. Roderic. Suarez, allegat. 20. in vers. hinc est, quod licet vsum fructuum, & Guillel. Benedic. in c. Reynuuius, verb. mortuo itaque testatore, el. 1. n. 198. vbi, quod dum t uiuit testator professus, monasteriũ reget & gubernabit bona testatoris, & facit fructus suos: & D. Conar. vbi supra n. 8. qui eam expresse sequitur, professus hoc esse rectissimè iuris: eandem testatur communem plurimos allegans & eam sequutus Ant. Gom. vbi supr. & Atrias Pinel. vbi supr. n. 47. & seq. & nemo quod sciam, ab hac opinione discedit; Quandoquidem omnes tenentes priorem partem, & sic contrariam, in patre vsum fructuum bonorum aduentitiorum filij, hanc fatentur in ceteris vsum fructuaris. Quinimo Cyn. & Alberic. in d. a. ubi idem est, agentes de quæstione vsum fructuum in bonis aduentitijs filij, & sic glossæ ibidem tenentes hanc secundam partem principalem, se ad ea, que dixerunt in d. a. ubi ingressi, reuertunt, vbi agunt de quæstione glossæ ibidem, quam in fauorem monasterij ipsi & omnes indiscriminatim definiunt, & sic potius hanc secundam partem videntur probare, quam priorem; Quandoquidem in quæst. gl. in d. a. ubi idem est, quæ nostra principialis, se remittunt ad dicta per se in d. a. ubi ingressi, vbi in quocunque vsum fructuario probant cum gloss. ibi, vsum fructuum per professionem non extinguit, sed acquirit monasterio, durante vita monachi: Ex quo plane deducitur, non bene Cynum & Alberic. citasse D. Couart. vbi supra, & Riminald. in §. 1. n. 128. Inst. per quas personas, & c. Pro priori opinione supra

supra relata in nostra questione principali, quoad quidem, vt ad oculos videmus, in remissione, quam faciunt ad scriptos, constat contrarium, vt aduertit Pincl. *vbi supra* n. 48. nec t video rationem vllam legitimam aut sufficientem distinctionis facta a Cou. vbi supra in hac specie inter partem vsufructuarius & alios vsufructuarios, religionem capace bonorum in communi ingrediens atque ipsam proficentes; Pater enim vsufructuarius pced. habet in bonis aduentitii filiorum familiarum pro toto tempore vite sue; Ingressus igitur monasterium eum se & sua dedit Deo, vt in d. *authen. ingressi, cum similib.* & nullo iure probetur, per monachationem patris amitti hanc vsufructum, proprietateque filiorum consolidati, consequitur, monasterio acquirit pro toto tempore vite patris, Mors enim civilis non acquiparatur morti naturali, nisi in casibus a iure exceptis, iuxta communem Doctorum resolutionem, quam supra retulimus: Hic autem ingressus religionis non est humilmodi: Igitur, &c. Quisquis igitur aliquid dixerit, id probare iure debet, hoc est, exceptionem eam in specie, alias non erit audiendus; Auctores igitur prioris partis contrarium tenentes, cum id iure solido minime fundent, explodendi sunt, tanquam ius monasterij abque vilo iuridico fundamento preclio ludentes, quod minime licet in neutro foro, nedum aduersus piam causam, proit est in monasterio, sed neq; etiam contra priuatum, & ita merito hanc secundam partem cum gloss. expressa in d. *authen. dem. est.* probatur ibidem Bald. Paul. Casti. & Corneus, Bart. in d. *authen. ingressi, in repetit. n. 49.* & illic *Ant. Resol. n. 1. Quidam Pap. q. 595.* & Dec. in d. *e. in presentia, n. 66.* & *vbi supra* Beron. n. 59, Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vi. & vxor. §. 4. n. 15. Ant. Gom. *vbi supra* & hanc profertur receptam licet eam non sequatur, sed priorem, vt praediximus) D. Couartu. plures ex supra dictis allegans n. 8. & hanc late probat & sequitur plurimos allegans, testatur esse receptiorem & magis communem & verioem Atrias Pincl. *vbi supra* n. 49. §. 1. quam etiam plures allegans sequitur & dicit verioem atque communem Ignat Salced. *vbi supra* nouissime eandem sententiam probat ac dicit verioem & receptiorem Matien. *vbi supra* & etiam Didac. Perez *vbi supra* sequitur D. Spino in sua speculo testam. gl. 1. 2. prim. n. 1. *ver.* sed alia est verior, & reuera omni proculdubio hac est receptior sententia, & meo iudicio verior & tenenda in iudicando & consulendo.

Non obstant modo fundamenta prioris partis, & no quidem primum de patria potestate amissa per professionem patris: quia per hoc non tollitur vsufruct. sibi iam acquisitus, imo in consequentiam personae tranfit in monasterium: *argumento d. auth. ingressi, & l. si adoptauero, ff. de precario*, nec quod filius videatur emancipatus facto patris, in proposito quicquam obest. vt infra dicemus in tertia opinione. Nec nobis contradicit, quod vsufructus patri detur ob custodiam & administrationem, quae cessat in monacho Respondemus enim, quod non cessat in monasterio, habente minimos & officiales, qui sua gubernant: Imo, vt experientia docet diligentius sua timentur, quam laici. Non etiam obest tertiū ex cap. cum suis de regularib. in tertia communi opinione Canonistarum: quia vt supra late differuimus, nec text. ille id probat. ad quod communiter Canonistae eum allegant, nec sua opinio est vera nec tuta nec tenenda, vnde nullum iuridicum fundamentum ab ea desinit potest ad nostrum propositum.

Tertiam opinionem tentauit in proposito Bart. in d. *authen. dem. est.* & ibi sequitur eum Angel. nempe, vt in hac specie nostra dimidia pars vsufructus patris maneat penes monasterium, altera vero ad filium spectet, sicut quando pater eum emancipat, iuxta l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. qualib. & cum hac Bart. opinio-

ne tranfit Abb. in d. *e. in presentia, n. 57.* & Ferdinand. Atrias in l. 46. Taur. colum. 1. Syluester in summa, verb. religio. 6. & Riminaldus sibi contrarius in §. 2. n. 19. Insuper, per quas personas, &c. Sed reprobant plerique ex supradictis, praecipue Anton. Gom. Atrias Pincl. & Ignat. Salced. *vbi supra*, & merito, agitur enim in dict. §. cum autem, l. cum oportet, de emancipatione facta patris immediate id agentis: at in nostra specie pater, ingrediens religionem, longe aliud intendit: Licet ergo accessorie resultet, filium exire a patria potestate, non potest dici emancipatio ex facto voluntario patris, quando non dirigebatur ad talem effectum, iuxta regulam text. in l. si quis neque causam, cum similib. ff. de certum per.

Vltimo illa t quaestio venit hic examinanda, *vt in d. bona monachi, qui infra annum probationis decessit in monasterio capaci testamento non condito neque renuntiatione legitime facta, acquirantur eius venientibus ab intestato, vel monasterio?* In qua specie Abb. in dict. e. in presentia, n. 68. resoluit distinguendo in hunc modum; Quod aut ille intrando probationis causa expressit bona sua contulit monasterio, ita quod id fecit ratione transitus, & tunc cum sit clarum, quod data perseverantia, volbat ea esse monasterij, nec amplius in vltima voluntate reuocabit, applicantur monasterio: Aut expresse non contulit, sed simpliciter intravit causa probationis, & tunc applicantur venientibus ab intestato, quia ille non fuit religiosus cum effectu, vt in c. religiosi de sententia excomm. in 6. & sic bona nec tacite nec expresse transeunt ad monasterium: & quia adhuc habebat facultatem condendi testamentum, & sic decessit ab intestato, ac per consequens venient proximiores. Quam sententiam Abb. probatur Imol. & Andr. Sicul. in c. 2. de testam. & Benedic. Capra cons. 145 incipientes. Punctum quidam iuuenis Pandulfus, & Sebastianus Sapia in addition. ad Abb. in d. e. in presentia, n. 68. litera D. & in primo membro Abb. sequitur Paris. in d. e. in presentia, n. 187. & Menoch. consil. 396. n. 3. lib. 4. idem lib. 6. praesumpti. 84. n. 1. *vbi eam probat & in secundo membro opinio Abb. praedicta est communis secundum Paris. vbi supra* n. 188. *vers. alius est casus, post Barbat. ibi, vt refert Menoch. d. praesumpti. 84. n. 8.* & ita est tenendum in iudicando & consulendo, secundum Beron. cons. 28. n. 1. *vers. secundo non obstat, lib. 1.* *vbi etiam dicit, opinionem istam magis communiter approbari, allegans alios, vt vtrumque referens ex eo testatur nouissime Ioan. Vincent. Honded. cons. 94. n. 7. & secundum istam opinionem obseruari testatur additio ad Dec. in d. auth. ingressi, sub n. 2. litera B. addit Cald. cons. 9. in tit. de regn. Beron. *vbi supra* n. 8. nec non & Honded. *vbi supra* n. 8. quod mortua moniali infra annum probationis & ante professionem monasterium tenetur restituere etiam elemosynam receptam, & omne id, quod pro humilmodi ingressu patris dedit.*

Nec contra praed. distinctionem Abb. in primo membro obstat consideratio Dec. qui in d. e. in presentia, n. 73. ab Abb. discessit, tenendo, non esse differentiam inter expressam & tacitam bonorum obligationem collationemque: Nam quando expresse ab ingrediente bona monasterio t dicata sunt, tacita conditio intelligitur, *vt in d. professio sequatur*, quae non dicitur subsequuta, ob id, quod intra annum probationis decesserit, atque ita obligatio ipsa datur resoluta. Vnde eo redeunte ad seculum bona recuperabit, vt idem Abb. concludit in c. quod a te, de cleric. coning. & notatur in c. constitutus de reg. id quod in sacro Conc. Trident. sess. 25. c. 16. de regul. expresse innuitur; Quandoquidem renuntiationes monialium solemniter & iuxta formam illius decreti factae, non alias intelliguntur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione: & postea in fine dicitur, & vt abeantibus ante professionem omnia restituuntur, quae sua erant: quod vt recte

recte fiat. Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus sit, compellat. Non inquam oblat obiectio hac, cum expressa oblatio si obligauerit ipsam ingressum ad religionem, de suo quantum iam constitit, quod non contingit in eo qui tacite se & sua obtulit, quod si ingressus ante annum decesserit a monasterio, nil mirum, si recuperet bona etiam expressit ea prius contulit monasterio vel aliis, cum non fuerit professus, nec in religione perseverauerit, cuius praetextu ea contulerit. At vero t vbi in eo permanens sine animo recedendi, ibi decessit, qui prius bona sua expresse contulerat monasterio, aliud profecto est dicendum, nempe, vt monasterio acquirantur propter perseverantiam simul cum morte subiequentam, praecedente dedicatione expressa eum persona Deo facta: Ita etiam dissoluti possunt, quae aduersus Abb. in d. primo membro supra distinctionis addit Beron. in d. e. in presentia, n. 53. Et haec quoad dictum primum membrum Abbatis.

104. Secundum autem t limitabat Sapia *vbi supra*, quando monachus in specie praefata ingressus fuit monasterium simpliciter, non declarato, quod illud ingrediebatur causa standi in probatione, quia tunc si moriatur infra annum probationis, qui iure conceditur ad probandum, vt in cap. licet de regularib. nulla facta dispositione de bonis suis, putat quod habuerit animum permanendi in religione, & sic bona applicantur monasterio, licet tandem censeat multum cogitandum super hoc. Haec tamen Sapia opinio mihi non placet, cum taciti & expressi id est si iudicium, vt in l. cum quid, cum similib. ff. de cert. per. Sive igitur certum sit, quod simpliciter intrauerit causa probationis, sive hoc non expresserit, cum in dubio iure id intelligatur, idem erit in vtroque casu, vt cum commun. contra Sapia in resolutionibus infra.

105. Similiter t Paris. *vbi supra* n. 88. *vers. secundas causas*, praed. secundum distinctionem membrum Abb. vtrum esse intelligit atque limitat, praeterea quod conlet, praesumptionibus & coeacturis ingressum voluisse mutare vitam & coeacturis ingredi, & deinde decesserit intra annum probationis, quia hoc in casu bona acquiritur censetur monasterio, rationibus de quibus prius eum. Quem in hoc sequitur Menoch. d. consil. 396. n. 10. & d. praesumpti. 84. n. 4. in pr. vbi n. 5. dicit praesumptionem & coeacturam summi, vt si alicui donauit bona sua irrevocab. liter vel bonis renuntiaverit ad commodum fratru & alioru succedentiu ab intestato: vel si obtinebat aliquid beneficium, illud renuntiavit in manib. eius, ad quae collatio pertinebat, vel alii simile actum fecit, quo demonstrauerit spernere ea, quae huius seculi sunt. Secundum Abb. in c. constitutus, in l. de reg. & in c. status inus in fin. c. 1. & Paris. *vbi supra*.

Sed haec limitatio vera quidem non est, cum semper ingressori monasterio, eo animo ingrediatur, vt mutent vitam & seculum relinquat, & nihilominus annus probationis sibi a iure coeditur, vt eo durante minime obligentur nec bona sua monasterio sed libere possint exire, licet praed. renuntiatione solenniter & irrevocab. fecerint, vt praediximus: praeterea hodie attento d. decreto S. Concilij Trid. Ergo no censetur bona acquisita monasterio ante talem & solennem professionem, alias enim regulariter, ipsi decesserunt infra annum probationis, bona pertinerent ad monasterium, etiam si expresse ea non essent ipsi collata, non vero ad venientes ab intestato, contra doctrinam Abb. vbi supra communiter recepta: hoc autem verum non est, quia licet habeat praed. animi mutandi vitam, nihilominus intelligitur tacite eum habere sub ordinatione & dispositione iuris, nepe si sibi intra annum religio non displicerit, sicque videntur conformare animum suum eum dispositione iuris de hoc agentis: Ergo interim eorum bona monasterio non acquiruntur professione postea non sequuta, quamvis animum a principio habuerint mutandi vitam. Conducunt ad nobis traicta infra cap. 2. de re-

quisit. ad votam oblig. n. 3. cum seqq. de vouente religionem ingrediendi tenetur perpetuo in religione permanere. Praeterea t huiusmodi nouitius quamvis animo mutandi vitam, ingressus fuerit religionem, non propterea censetur effectus religiosus in genere, vt dici possit ita obligatus religioni, quia ad seculum redire & vxorem ducere possit, tamen peccet, vt in terminis scribunt Caldet. consil. 27. in fin. in titulo de regular. Ioan. Andr. & Archid. in c. constitutionem, de regular. in 6. & apertius Nauart. in c. non dicatur, n. 35. *vers. quarto, quod monachus 12. quest. 1.* a quibus videtur rec. pra opinio Abb. in hac specie contra limitationem & declarationem praedictam Paris. vt profertur idem Menochius d. praesumpti. 84. n. 4. *vers. verum, dicens dubiam esse hoc Parisien. opinionem*, tamen ipse adhuc videatur eum ea transire: Ego autem ex praedictis existimo esse falsam & non tenendam, vt praemonui praemixta attentio decreto 15. de regul. facti Concilij Trident. sess. 25. vt infra dicemus.

Nec contra hoc secundum distinctionem Abbatis membrum oblat etiam consideratio Dec. in dict. cap. in presentia, n. 73. & in auth. ingressi, n. 4. *de sacro sacrileg. c. post Anchar. consil. 69. contra donationem, col. penult.* quia ab Abbate in hoc etiam discessit, dicens, bona ingressi, etiam ante professionem, dici acquiri monasterio, sub condicione tamen resolutiva, hoc est, quod si contingeret eum reuerti ad seculum, eidem restituatur. & ideo si decesserit in monasterio, non dicitur reuerti ad seculum, & per consequens, conditio non euenit, & ob id bona tamen apta ad monasterium: Hec enim opinio Decij subtilis est: attamen periculosa & minime vera: non enim bona ingressi acquiruntur monasterio, ab initio, sed solum facta professione, hoc est, post annum probationis. Quod vel ex eo constat, quia existens intra annum probationis, potest de bonis illis testari & disponere, vt in d. *authen. ingressi, & in cap. 2. de testam.* & diximus supra latius.

Ex quibus a fortiori idem est dicendum cum Abbate & communi, *vbi supra* contra Sapia, quamdo sumus in dubio, an nouitius fuerit ingressus monasterium animo probandi & experiendi, vel proficiendi & intra annum decessit: Hoc namque casu veri & recepta sententia est existimantium, bona non acquiri monasterio, sed reuerti atque deserti venicibus ab intestato, vt voluerunt Abbas *vbi supra*, & sequaces, & plures referens affirmat Menoch. d. praesumpti. 84. n. 13. & 14. vbi citat inter alios scriptum d. consil. 396. n. 8. lib. 4. & Paris. in d. cap. in presentia, n. 178. *vers. vltimus casus est, & Nauart. vbi supra* n. 81. sequitur nouissime Molina de iustitia & iur. 2. tractat. dispositione 240. colum. 754. & ita proculdubio est tenendum in iudicando & consulendo, cum magis communi sententia, vt supra resoluimus n. 101. & testatur Beron. & Honded. *vbi supra*, tamen D. eius in duobus locis praecitatis, nonnullos sequutus, contrarium defendat, dicens magis communem opinionem esse in hoc contra Abbate. ex quo eam testatur communem idem sequutus Menoch. libi contractus de arbit. iudic. lib. 2. cent. 5. casu 43. *col. 5.* vbi n. 6. plures allegans inquit, quod si nouitius reuertitur ad seculum, potest sua bona recuperate, cum, resoluta religione quoad personam, censetur etiam resoluta quoad bona: Sed quamvis hoc vltimum fateamur, praedicens tamen dictum contra Abb. & communem veum esse negamus. Nec t obstat, hanc nouitium dici religiosum quoad multa, esseque de foro Ecclesiae, secundum Angel. in l. 1. ff. de pui. per text. quem allegat in l. *libalibus, ff. de quaest. non. quod tenent Ancharan. & Decius vbi supra*, & Tiraquell. de retractat. l. in ariet. §. 1. gloss. 5. numero 21. Et quod nouitius gaudeat privilegio fori & Canonis probat contra Innocent. & Abbat. D. Spino d. gloss.

d. gloss. 12. num. 59. in fin. Quia respondemus, id esse in casibus claris, nos vero versamur in dubio, in quo standum est regula, quae habet, Religiosam esse proprie, qui professionem emisit: sed ante professionem remanet laicus, ut in cap. religiosus de sententia excommunicacionis libr. 6. cap. non solum, cap. constitucionem, de regular. in 6. Berol. in dist. cap. in presentia, num. 55. 2. vers. sed adverte, Rota Florent. decis. 143. num. 1. Honded. dist. consil. 94. num. 6. & ingressus monasterium, non appellatur monachus, nec efficitur de corpore monasterii ante professionem, cap. porrectum, de regul. Barol. & alij in aub. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. & alios plures referens Hondedus ubi supra n. 5. Non etiam obest, quod praesumatur religiosus velle in eadem voluntate perseverare leg. 3. ff. de probat. cap. maiores de baptis. & ideo sicut si iste vixisset, monasterio quasiuisset, ita etiam moriendo. Respondemus namque, morientem non dici in eadem voluntate perseverare, quia illa finitur morte, l. 4. ff. locat. Barol. in leg. centesimis, §. ultimo, ff. de verborum obligat. & in his terminis Capra dist. consil. 145. num. 1. 2. 3. & 14. qui alia scribit, ita respondet cum eo, praedict. duabus opposicionibus Menoch. dist. praesumpt. 84. num. 14. cum sequentibus, & hic moti dicitur in statu, in quo reperitur, hoc est, noutialis, qui religioni non est obligatus, & cum hoc iure se conformare: argumento l. heredes mei, §. cum ita, & qua ubi tradunt Barol. & communiter ff. ad Trebellian. Nec aduertatur, quod in dubio sanandum sit pro cautela, leg. sunt persone, ff. de relig. & sumptibus, quia respondendo, id procedere in his, quae de se immediate sunt pia & religiosa, non autem quando agitur de utilitate pecuniaria: argumetocap. ex parte. de cens. ubi si fiat votum Ecclesiae de aliqua mensura, intelligitur de minimo, ut declarat Modern. Parisiens. in comment. ad consuet. Parisiens. §. 22. n. 130. & cum referens Menoch. ubi supra num. 18. Nec repugnat l. Titia, §. vlt. ff. de aur. & arg. leg. quia ubi legatum verificari non poterat in aliis lignis quam aureis: ut declarat Dec. in l. semper in obscuris, ff. de reg. in r. Menoch. ubi supra. n. 19. & lib. 4. praesumpt. 1906. n. 33.

Et sententia Abbatis praed. verior & communiter recepta atq. tenenda, ut praediximus aduersus Decium & sequaces, multo magis procedit in eo, qui ob aetatem religioni se obligare non potest, veluti si puella minor duodecim annis ingreditur religionem, cui parer dotis causa aliquam summam dedisset; Nam si moritur intra annum, non acquiritur dos monasterio; Quia sicuti matrimonium carnale esse non potuisset intra illam aetatem, ita nec spirituale: Legitima enim aetas requiritur ad emittendam professionem, ut in c. 1. & in c. constitucionem, de regul. lib. 6. Hodie requiritur aetas 16. annor. per factum Concil. Trident. sess. 15. c. 15. de reg. ubi quod alioqui professio sit ipso iure nulla: & in terminis ita tenet Calder. consil. 9. col. 1. vers. vel postea, de reg. & cum eo Menoch. de praesumpt. 84. num. 20.

Quinimo & generaliter idem nobis videtur in omnibus dotibus, quae pro monialibus etiam maioris aetatis (& sic quibuscumque) admittendis atque recipiendis in monasteriis constituantur atque promittuntur; Haec enim dotes, cum ea mente atque intentione dentur atq. recipiantur, ut pro matrimonio spirituali monialium, atque in eorum alimenta cedant, consequitur, tacite actum inter partes, ut professio necessario subsequi debeat, per quam matrimonium spirituale perficitur atq. celebratur, ad hoc, ut monasterium morte monialium praedictas dotes tanquam suas acquirat: alias si monialis decedat ante professionem infra annum probationis, nullo modo monasterium dorem eius acquirat, ac per consequens constitutam siue promissam exigere non possit, & solutam reddere teneatur, sicut contingit in

matrimonio carnali, de quo ad spirituale validum est argumentum, & contra: ut in c. inter corporalia, cum simul de vassal. Episcopi. Dos enim pro matrimonio carnali viro constituitur pro oneribus matrimonij sustinentis, l. pro oneribus, cum simul. C. de iur. dotium, & ut matrimonium consummatur: decedente autem quolibet eorum ante celebrationem matrimonij de praesenti, eos promissa nullam habet effectum: Sic in proposito dos monialis eo animo constituitur, ob eamque causam assignatur, ut religio perficiatur professione subsequuta, vnde decedente moniali ante professionem dos exigi non poterit, solutaque reddenda erit. In eo tamen differant dos monialis & dos matrimonij carnalis: Illa enim, sequuta professione, remanet perpetuo monasterio obligata, quia habetur loco filij: haec autem soluto matrimonio sine liberis, ad heredes mulieris pertinet, quia maritus non habetur loco heredis, praeterquam si aliud pacto dotali, testamento mulieris vel statuto caueatur: & in terminis nostris post haec scripta ita inueni tenere nouissime Menoch. d. praesumpt. 84. n. 14. cum Calder. consil. 9. in titulo de regul. & Berol. consil. 28. n. 13. lib. 1. quos ibi refert & sequitur: licet enim iure communi attentio, ingressus monasterium, se & sua dedit Deo, eiusque bona monasterio ipso iure acquirantur, ut in d. aub. in gressu, & ibi Ia. n. 1. & ceteris, & plures referens Vincent. Honded. d. consil. 94. num. 12. & 13. cum aliis pluribus probat, in monasterium ipso ingressu dominium & possessionem bonorum ingressi transferri; requiritur tamen ad hoc, quod subsequatur professio expressa seu tacita, iuxta gloss. Barol. & ceteros in dist. aub. in gressu. Honded. ubi supra, n. 9. Sed hodie per S. Concil. Trid. nulla acquiritur monasterio actio ante professionem, ut statim dicemus.

Quae sententia principalis planius hodie procedit in quocumque nouitio vel nouitia, attento decreto 16. de regul. sacri Concil. Trident. sessio 25. quo cauetur, ne ante professionem, excepto victu & vestitu nouitij vel nouitiae, illius temporis, quo in probatione est, quocumque praetextu a parentibus vel propinquis aut curatoribus eius, monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur: ne hac occasione subleuare possit monasterium vel maiorem partem substantiae suae monasterium possideat, ne facile si discesserit, id recuperare possit. Quin potius praecipit sancta Synodus sub anathematis poena dantibus & recipientibus ne hoc villo modo fiat, & ut abeuntibus ante professionem omnia restituatur, quae sua erant: Si enim nihil tribuendum est monasterio ex bonis nouitij vel nouitiae ante professionem, excepto victu & vestitu pro tempore probationis, consequitur, monasterium morte ipsius nouitij ante professionem nihil acquirere, ut voluit post haec scripta, allegans dict. decretum Concilij Trident. (etsi id non aperiat) Menoch. d. praesumpt. 84. n. 2. & expresse post haec scripta hodie ita tenendum esse ex d. decreto Concilij, contra Dec. affirmat Vincent. Honded. d. consil. 94. n. 8. Quinimo argumento sumpto ex illis verbis: Ne facite, si discesserit, id recuperare possit, laico (in omnibus correctione sacrosanctae matris Ecclesiae & dominorum Cardinalium congregationis Concilij Trident. quorum manus est declarare decreta eiusdem Concilij) aperte colligitur, quod decedente monacho vel moniali in monasterio infra annum probationis, bona sua, cuiuscumque generis sint, dotes nempe, vel alias, ad monasterium non pertinent: Praesupponit enim, quod si tradita sint in monasterium, recuperari postea possint, decedente nouitio vel nouitia ante professionem: alias frustra diceret, Ne facite, si discesserit, id recuperare possit. Si enim monasterio acquireretur, non erat opus rationem constituere in difficultate recuperationis: Cum igitur ob id praecipiat, ne quid ex bonis nouitij vel nouitiae monaste

monaste

monasterio tribuatur ante professionem, clare innuitur ab eodem Concilio, quod si alias tradatur & nouitius vel nouitia tempore probationis discesserit, datum exigi ac recuperari possit: tamen non facili exactio sit; Nam si monasterio acquireretur, improprie difficultis recuperatio appellaretur, cum potius esset impossibilis de iure, quia nulla daretur: sitigitur, ut ante professionem bona nouitij vel nouitiae nullo modo monasterio acquirantur. Decedente ergo ipso nouitio vel nouitia ante professionem in monasterio, ei non acquiruntur.

108 Et quomodo Concilium in verbis supra relatis tantum loquatur, quando nouitius vel nouitia exeunt ad monasterio ante professionem, ut posunt: nihilominus tamen ex ratione in eo expressa, ut supra perpensa idem est dicendum ex mente eiusdem, quando nouitius vel nouitia in religione decedit infra annum probationis, ut bona ipsius minime ad monasterium pertineant nec ipsi acquirantur, sed potius venientibus ab intestato ipsius nouitij vel nouitiae ipsi ab intestato decedentibus, vel renuntiatione legitima non facta, cum ex d. Concilio constet, ante professionem nullam acquiri monasterio actionem nec retentionem ad bona nouitij vel nouitiae, praeter victum & vestitum: & ita obseruatur, ut affirmat Honded. ubi supra d. n. 8. in moniali defuncta in monasterio ante professionem.

Idem a fortiori comprobatur ex decreto 15. de regul. eiusdem sessio 25. dum in eo sancitur, omnem professionem, in quacumque religione, etiam non vendicantium, intra annum probationis factam, ipso iure nullam esse, & nullam penitus effectum parere posse: Ex hoc enim consequitur, minime posse quem dicit obligatum religioni, eo, quod intra annum probationis voluerit mutare vitam, & sic contra limitationem Patij & Menoch. ubi supra, contra quos ibi tenemus: ita in terminis expedit in proposito Concilium Nauar. in cap. nullum, n. 45. 18. q. 2. refert & sequitur Menoch. d. praesumpt.

In summa, ex supra dictis quinque casibus resolutiue colligo. Primus est, quando quis ingreditur religionem bonorum capax, cui expresse obtulit se & sua, & deum intra annum probationis voluerit mutare vitam, & sic contra limitationem Patij & Menoch. ubi supra, contra quos ibi tenemus: ita in terminis expedit in proposito Concilium Nauar. in cap. nullum, n. 45. 18. q. 2. refert & sequitur Menoch. d. praesumpt.

Secundus casus est, quando ingressus religionem, expresse bona sua eidem non contulit, sed simpliciter intravit causa probationis, ibique discessit intra eius annum absque renuntiatione vel testamento, & tunc applicantur venientibus ab intestato secund. opinio. Abb. magis receptam.

Tertius casus est, quando constat, praesumptionibus & coniecturis voluisse mutare vitam & religionem ingredi, ut in exemplis praefixis, & tamen discessit intra annum probationis intestatus, & absq. renuntiatione, & tunc secund. opinio. Abb. veriorum & ab aliis receptam, eius bona non acquiruntur monasterio, sed venientibus ab intestato: praemaxime, attento decreto. 25. de regular. sacri Concil. Tridentini, ut supra inducto.

Quartus casus est in dubio, quando sibi constat, an nouitius fuerit ingressus religionem animo proficendi vel probandi, vel experiendi religionem, & tunc si decedat intra annum probationis intestatus & absq. renuntiatione, eius bona non acquiruntur monasterio, sed ad venientes ab intestato reuertuntur eiusque defertantur, secundum veram & receptam sententiam atque tenendam in iudicando & consulendo: quae multo magis procedit in puella ingrediente religionem minore 12. annor. Idem regulatier est tenendum in omnib. dotib. monialium, etiam maioris aetatis, decedentium infra annum probationis, & in quibuscumque nouitiis, marib. vel feminis, decedentib. infra annum probationis, bona namq. sua monasterio non acquiruntur, sed venientibus ab in-

ter estato defertantur, praecipue attento sancto Concilio Tridentino, ut supra expenso.

Quintum casum definit nouitior Menoch. d. praesumpt. 84. n. 7. in nouitio, qui bona sua religioni expresse non obtulit. Constat tamen praesumptionibus & coniecturis, voluisse mutare vitam atque religionem ingredi, & deinde discessit post annum probationis, nulla alia expresse professione facta, retento adhuc habitu nouitiorum, nempe, bona huiusmodi cenferi acquisita illi monasterio, sicuti in specie praemissa responderat idem Menoch. d. consil. 396. n. 12. lib. 4. quod vtroque bene probat vtrumque mihi videtur.

Omitto alium casum, ut pote omni dubio carentem, nempe quando quis ingreditur religionem incapacem bonorum in communi & in particulari, ut puta fratrum Minorum, quia tunc apertum est, bona huius decedentis intra annum probationis non acquiri monasterio, cum eorum capax non sit, ut in specie docuit Paris. in d. c. in presentia, quem retulit Menoch. d. consil. 396. n. 2. lib. 4. & in d. praesumpt. 84. n. 2.

S V M M A R I A.

- 1 Index ordinarius potest iterum indicare, si sententiam, quam primo tulit, nulla sit.
- 2 Hoc tamen intelligitur, quousque questio nullitatis venit incidenter; secus si simpliciter; Nam potest coram eodem iudice proponi & coram superioribus: hoc tamen vltimum intelligitur, quando superior non habet limitatam iurisdictionem, alias oportet simul appellare tunc, cum agitur de nullitate, ut in n. 3.
- 3 Appellans saluo iure nullitatis, quid velis sentire.
- 4 Appellans non dicat, Saluo iure nullitatis, ne ex hoc sibi obiciatur reseruisse nullitatem: sed dicat, Non habiendo aliquo, lo que en si es ninguno.
- 5 Natura dictiois, Saluo, est modificare & restringere praecedentia.
- 6 Index nullitatis sententia, non solum poterit super nullitate pronuntiare, sed etiam super causa principali.
- 7 Index delegatus non potest cognoscere de nullitate sua sententia diffinitiva.
- 8 L. si vi proponis, C. quomodo & quando index, intellectum.
- 9 L. index postquam, ff. de re iudic. procedit, non solum in iudice delegato, sed etiam in ordinario.
- 10 L. index postquam, ff. de re iud. non loquitur de sententia nulliter lata, sed de aqua vel imqua.
- 11 Dicitio Bene, idem significat quod dicitio, Recte. Dicitio, Recte, non solemniter, sed sui partis ostendit.
- 12 Differentia inter dictiones, Rite, & Recte rite, enim ad solemnitatem referuntur: recte vero ad iustitiam.
- 13 Corrigitur idem est quod emendare: emendare vero nihil aliud est, quam actum in se validum aliqua parte reficere, substantia ipsa permanente.
- 14 Auditores sacri Palatii Rota non possunt cognoscere de nullitate sua sententia diffinitiva, quia quantum in cognoscendo habeant ordinariam potestatem, in pronuntiendo tamen & definiendo habent delegatam.
- 15 Index delegatus non potest declarare suam sententiam sed delegans.
- 16 Index delegatus an ex noua delegatione possit de eadem re iudicare.
- 17 Delegatus Principis ad vniam causam, non potest cognoscere de nullitate sua sententia.
- 18 Delegatus a principe, ordinario equiparatur, ac proinde subdelegare potest, sicut ordinarius.
- 19 L. si vi proponis, C. quomodo & quando, iud. loquitur in delegato inferioris a principe.
- 20 Dicitio, Denovo, causam iam semel commissam insinuat.
- 21 Postquam semel causa coram iudice tractari coepit, illius manus non egredietur, sique in ea inferior incromittere non potest, nisi ex principis commissione.

X